



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Theologia Moralis

Antehac Ex Probatis Auctoribus breviter concinnata

Busenbaum, Hermann

Coloniae Agrippinae, 1713

Q. 86. An peccatum dubium se solo sit materia sufficiens Confessionis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42624

gentia & integrè confiteri, nam hīc sunt rationes contrariæ, & ex communiter contingentibus est præsumptio contra ipsum, hinc dirigere debet secundūm dicta n. 604. & 605. Atque ex his colligitur vix unquam circa ista fore dubium merè negativum, nisi de aliquo ignoretur, an timoratus sit, vel in confessionibus rectè instituendis antehac sollicitus fuerit necne, quando enim pro pœnitente est præsumptio juris, hæc pars censenda est probabilis, uti rectè S. Arrago. Sanch. & alii cum Moya n. 23. ideoque talis potest se dirigere secundūm dicta à n. 600.

613. §. 16. Si ex levi omnino fundamento dubites, aut potius timeas, aut suspiceris, an non fortè peccāris mortaliter, vel an in confessione non omiseris mortale, non ideo teneris confiteri, quia non est dubium prudens, unde si cui sine rationabili motivo incidit, sic poteris sine alio motivo contemnere: Et si tum esset obligatio confitendi, orirentur innumeri scrupuli, uti rectè cum aliis Mendo n. 2.

614. Q. 86. An peccatum dubium se solo sit materia sufficiens confessionis. R. Esset materia sufficiens si reipsa esset commissum, sed quia hoc incertum est, non debet se solo subjici absolucioni dandæ absolutè, uti communissimè omnes cum Platel. n. 797. quia cùm possit esse non vere commissum, Sacramentum exponeretur periculo nullitatis: itaque per accidens erit obligatio addendi aliud peccatum certum saltem veniale, aut absolutio erit tantum sub condicione danda, inquit Gormaz p. 2. n. 169. Si tamen certus esses esse veniale, & confitereris sub dubio, an esset mortale an veniale, non esset opus addere aliud peccatum, quia se solo esset materia certa,

certa,
n. 290
fessari
adver
pœnit
comm
peccat
est, n
litatis
Q.
tale ce
certur
quam
agnos
tanqu
Lean
2. & 1
Ar. d
8. à n
dubii
170.
51. q
nare.
haben
nem
direc
non
quo
cide
tus à
rum
Simi
dub
vis c
con

certa, *Sanch.* in Decal. l. 1. c. 10. n. 3. *Dicast.* d. 9. n. 290. Similiter recte notat Sporer n. 56. si Confessarius ex circumstantiis personæ confitentis advertat pro certo aliquod peccatorum, quæ pœnitens sub dubio confitetur, revera esse commissum, potest absolutè absolvere, quia peccatum est declaratum, prout in conscientia est, nec Sacramentum exponitur periculo nullitatis.

Q. 87. *Ad quid teneatur, qui confessus est mortale?* 615.
tale certum tanquam dubium, vel dubium tanquam certum. R. 1. Si confessus sis mortale tanquam dubium, quale tum putabas esse, & postea agnoscas esse certum, te non teneri iterum tanquam certum confiteri docent Meroll. Leand. Caram. & alii, quos Moya t. 3. d. 1. q. 6. n. 2. & Mendo d. 10. nu. 68. referunt. Accedunt Ar. d. 31. n. 46. Escab. l. 15. n. 179. Bosco d. 7. f. 8. à n. 138. quamvis postea n. 152. revocet in dubium. Idem, absolutè tenent Stoz. l. 1 p. 5. n. 170. & Sporer n. 398. nec dissentit Herinx d. 3. n. 51. quamvis absolutè nihil videatur determinare. Rationem dant 1. quia confessus es, uti habebas in conscientia, & directè es absolutus, nemo autem tenetur iterum confiteri id, à quo directè est absolutus. 2. Dubietas vel certitudo non est circumstantia se tenens ex parte objecti, quod solum explicari debet, sed tantum per accidens se habet ex parte intellectus. 3. Absolutus à censura vel voto dubio non tenetur iterum absolvī, quamvis comperiat fuisse certa. Similiter in judicio forensi absolutus à crimine dubio non potest revocari ad judicium, quamvis crimen postea agnoscatur certum, uti cum commuui Covar. Sanch. Lug. Tamb. De confes-

l. 2.